



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1644. usque ad annum 1651

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1779

VD18 90119177

§. 26. Quædam Innocentii X. Constitutiones.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67359)

Sæc. XVII.
A. C. 1647.

§. XXVI.

Quædam Innocentii X Constitutiones.

Bull. Magn.
Const. 25.
Et rel.

Inter varias Innocentii X. summi Pontificis Constitutiones habetur una, qua die vigesima quinta Aprilis decisum, quod Fratres Discalceati S. Augustini sine Generalis consensu alios Conventus ejusdem Ordinis occupare non valeant: præterea die vigesima tertia Februarii summus Pontifex Andreæ Fivizani dicti Ordinis Generalis decretum confirmavit, vi cujus duo vel plures in primo vel secundo gradu consanguinei aut affines in Capitulis suffragium habere non valeant, minus quoque simul Definitores esse possint: die autem vigesima quinta Junii statuit Pontifex, quod Fratres Laici Capuccinorum vocem in electionibus habere valeant.

§. XXVII.

Sacrarum Congregationum decisiones.

Congr.
Episc. Concilii.
Rit.
Et decis.

Occasione dubiorum, quæ ad Sacras Congregationes Romanas deferbantur, plures hoc anno prodire decisiones. & quidem primo S. Concilii Congregatio ad Bononiensium postulata decidit, quod Hæres cogi possit,
ut